Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 333
Quelle:
Copyright:



habetur mox ſub initium p. 193. Diſtichon ultimum:

*Hic loquitur de fine ihesus libroque matheus.*
*Ad finem petrus finit et ipſe ſuum.*

Verum mox laborem reſumens ita inchoat:

*Dixi me finiſſe librum ſed rurſus in actus*
*Poſcor apoſtolicos continuare ſtilum* &c.

Prooemium eſt 7. Diſtichor. nulli memoratum. *Actus* autem ipſi, ut *Job* et *Cantica* hexametris concluſi ſunt. *Recapitulatio totius operis*, quam e *Codd. Helmſt.* p. 703. repraeſentavit *Leyſerus*, Codicem nobis terminat absque titulo, ulloque indicio, *Petrum* noſtrum hic ultro in equuleum ſe conjeciſſe poeticum, Diſtinctionesque XXIII. in quas tributa eſt, λειπογραμματους elaboraſſe ita, ut Diſtinctio I. nullum A. Diſtinctio II. nullum B. &c. cenſeat. Adſcriptum eſt carmen *Aegidii Pariſienſis*, ut contextus innuere videtur, quod, cum recitet p. 739. *Leyſerus*, non niſi verſus, in quibus ejus Codex peccavit, ſubnotabo:

*Conſociet* Chriſtus *connumeretque viris.*
*Ut cum* te *luteo* ſoluet *de carcere*, *regni.*
*Me ſimul* in ſeriem *qui libri abrupta redegi.*
Mundi, *plus oculis cognitus eſſe dei.*
Quos *ſuper hoc motus*, *qualia* uota *tuli* &c.

CXXVI. VII E. 8

326 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. nunc 145. f. praeclare ſcriptus, rubricisque diſtinctus complectitur eandem *Petri de Riga Auroram*, licet et Thecae exterius et fronti interius praenotatum ſit: *Lumen Animae Petri de Riga.* Plura hic, quam *Cod.* mox indicato, praemiſſa ſunt παρεργα. Primo diſtichon rubro:

*Scire cupis lector quis Codicis iſtius auctor.*
*Petrus riga uocor cui* (Chriſtus) *petra rigat cor.*

Sequitur item minio: *Prologus illius qui hunc librum correxit. et ſupplectens* (ſuppletiones) *de ſuo appoſuit. et ubicunque inueneris. i. linea greco ſagitta* (Guelpherbit. obelum) *Inter duos punctos per totum librum ibi ſunt dicta et uerſus illius.* Brevis eſt hic *Prologus*, verſaturque in Operis laude, hoc initio: *Fraterne caritatis quaſi quandam ſapit dulcedinem* &c. Succedit Elegia XX. Diſtichor. pariter